

GUSTAVO ALBERTO SAUPPIO

PROFESSORI TORGOVANO

collegæ olim carissimo

S. D. Q. P.

EDITOR.

Μικρὸν βιβλίον μικρὸν κακόν!



STAVO ALMIRKO BALLEJO

PROYECTO DE LEY

que declara

de

interés

de

de

de

Cercidas.

Ἦν καλλιπύγων ζεῦγος ἐν Συρακούσαις.
Erat pulchris clunibus instructum par sororum Syracusis.

Theocritus.

*Ὁ μουσοποιὸς ἐνθάδ' Ἰππώναξ κείται.
εἰ μὲν πονηρός, μὴ ποτέρχεν τῷ τύμβῳ.
εἰ δ' ἔσσι κρήγος τε καὶ παρὰ χρηστῶν,
δαρσέων καδίζεν, κἂν δέλης, ἀπόβριξον.*
Hipponax hic iacet iambographus,
quodsi malus es, noli accedere ad tumulum;
si vero vir bonus es et probis natus
nil timens considas, et, si placet, somno indulgeas.

Incertus poeta.

*Ἄνῆρ ὄδ' ἑσπέρας καθεύδοντα
ἄπουν ἐδησε * * * * χλοῖνην.*
Hicce vir vespere dormientem
pedibus carentem ligavit aprum sævum.

Charinus.

*Ἐρῶις πλανῆτι καὶ κακῇ πέτρῃ Λευκάς,
Χαρίνον αἰ αἰ τὴν ἰαμβικὴν μουσάν
κατηδάλωσας ἐλπίδος κenoῖς μέθοις.
τοιαῦτ' Ἐρωτος Εὐπάτωρ ἔρασδειῆ.*
Vale fallax et improba rupes Leucata,
Charinum vae, vae iambicam Musam
féfellisti vanis spei verbis!
tali amore Erotis Eupator flagret.

Parmeno Byzantius.

Fragm. I.

Ἄνῆρ γὰρ ἔλκων οἶνον ὡς ὕδωρ ἵππος
Σκιδιστὶ φωνεῖ μηδὲ κόππα γινώσκων.
κεῖται δ' ἀναυδος ἐν πίδαρ κολουβήσας,
κάδουπρος ὡς μήκωνα φάρμακον πίνων.

Vir enim vinum hauriens, sicut equus aquam,
Scythice loquitur, et ne koppa quidem cognoscit;
iacet vero mutus, in dolio mersus,
somno oppressus, tanquam papaver medicamentum biberit.

Fragm. II.

Ἦλθον μακρὴν θάλασσαν, οὐκ ἄγον σῆκα
Καναῖα φόρτον.

Per longa maris spatia huc veni, non ficorum adferens
Canæarum onus.

Herodes.

Fragm. I.

Μὴ δὴ κόρη τὸ τὴν χολὴν ἐπὶ ῥίνας
ἔχ' εὐδύς, ἦν τι ῥῆμα μὴ σοφὸν πεύδη.
γυναϊκός ἐστι κρηγῆς φέρειν πάντα.

Noli iam puella nares corrugare
subito, quodsi verbum insipidum audieris,
mulieris est probæ ferre omnia.

Fragm. II.

Ἡ χαλκῆν μοι μυῖαν ἢ κύδρην παίζει
ἢ ταῖσι μελάνθησιν ἄμματ' ἐξάπτων
τοῦ κεσκίου μοι τὸν γέροντα λοβᾶται.

Vel ænea musca vel olla ludit,
vel melanthis lina illigans
coli mihi senem lædit.

Fragm. III.

Ὡς οἰκίην οὐκ ἔστιν εὐμαρέως εὐρεῖν
ἀνευ κακῶν ζώουσαν ὅς δ' ἔχει μείον
τούτων τι, μείζον θατέρου δοκεῖ πρήσσειν.

Ut domum non licet facile invenire
malis vacuum; quorum qui habet
minus quid, alterius meliore fortuna videtur frui.

Fragm. IV.

Ἐγὼ δὲ δρᾶνω γυῖός ὢν, τὸ γὰρ γῆρας
ἡμέας κατέλκει, κῆν σκιῇ παραστήκη.

Ego vero agendo delector senio confectus, senectus enim
nos trahit * * *

Fragm. V.

Ἐπὴν τὸν ἑξηκοστὸν ἥλιον κάμψης
ὦ Γρύλλε, Γρύλλε θνήσκε καὶ τέφρῃ γίνεο.
ὡς τυφλὸς ὁ ἑπὲρ κείνο τοῦ βίου καμπτήρ.

Quando sexagesimum orbem flexeris
Grylle, Grylle, morere et in cinerem vertere;
nam caecus illinc vitæ flexus est.

Fragm. VI.

Ἦδη γὰρ ἀγῆ τῆς ζῆς ἀπήμβλονται.
Iamiam splendor vitæ occæcatur.

Fragm. VII.

Γύνοι τὰ λευκὰ τῶν τριχῶν ἀπαμβλύνει
τὸν νοῦν.

Mulier, capillorum canities obtundit
mentis aciem.

Fragm. VIII.

Προσφῶς ὅπως τις χοιράδων ἀναρίτης.

Adhærens, veluti marinis cautibus anarites aliquis.

Fragm. IX.

Ἄγ' αὐτὸν εἰς τὸ ζήτηριον * * * *

Duc illum in pistrinum.

Fragm. X.

* * * * * ἵνα τὰ Ναννακὸν κλαύσω.

— ut Nannaci more plorem.

Explicationes.

Cercidas.

De Cercida cf. præter locos ab Welckero in Hippon. Fragm. p. 23. laudatos Meinekii Commentationem: Kerkidas der Dichter und Gesetzgeber von Megalopolis, in: Abhandl. der Königl.

Acad. der Wissensch. zu Berlin, A. 1832, historisch-phil. Klasse, pag. 91 sqq., et nos Prolegg. in Babr. Cap. I. p. 16.

Quam scazontibus illigavit narratiunculam Cercidas, ea pedestri sermone conscripta extat apud Athenæum XII. p. 554. C—E. Ἄνδρῖ ἀγροίκῳ ἐγένοντο δύο καλαὶ θυγατέρες. Αὐταὶ φιλονεικήσασαί ποτε πρὸς ἑαυτὰς προελθοῦσαι ἐπὶ τὴν λεωφόρον διεκρίνοντο, ποτέρα εἴη καλλιπυγοτέρα. Καὶ ποτε παριόντος νεανίσκου, πατέρα πρεσβύτερον ἔχοντος, ἐπέδειξαν ἑαυτὰς καὶ τούτῳ. καὶ ὃς θεασάμενος ἔκρινε τὴν πρεσβυτέραν ἧς καὶ εἰς ἔρωτα ἐμπεσόν, ἔλθὼν εἰς ἄστυ, κληῆρης γίνεται καὶ διηγείται τὰ γεγενημένα τῷ ἀδελφῷ ἑαυτοῦ, ὄντι νεωτέρῳ. Ὁ δὲ καὶ αὐτὸς ἔλθων εἰς τοὺς ἀγροὺς καὶ θεασάμενος τὰς παῖδας, ἐρᾷ καὶ αὐτὸς τῆς ἐτέρας. Ὁ οὖν πατήρ, ἐπεὶ παρακαλῶν αὐτοὺς ἐνδοξότερους λαβεῖν γάμους οὐκ ἔπειθεν, ἄγεται ἐκ τοῦ ἀγροῦ τὰς παῖδας αὐτοῖς, πείσας ἐκείνων τὸν πατέρα, καὶ ζεύγνυσι τοῖς υἱοῖς. Αὐταὶ οὖν ὑπὸ τῶν πολιτῶν καλλιπυγοὶ ἐκαλοῦντο, ὡς καὶ ὁ Μεγαλοπολίτης Κερκιδᾶς ἐν τοῖς ἰάμβοις ἱστορεῖ, λέγων — *Iam sequitur choliambus, quem excipiunt verba:* Αὐταὶ οὖν, ἐπιλαβόμεναι οὐσίας λαμπράς, ἰδρύσαντο Ἀφροδίτης ἱερὸν, καλέσασαί Καλλιπυγον τὴν θεόν, ὡς ἱστορεῖ καὶ Ἀρχέλαος ἐν τοῖς ἰάμβοις. *De quo deae cognomine cf. Müll. Archæol. p. 499.*

Συρακοῦσαις scripsi, Meinek. vult Συρακόσσαις; Schweighæuserus contra metri rationes Συρακόσαις tentavit.

Theocritus.

De hoc Theocriti in Hipponactem conscripto epigrammate, quod in Cod. Palat. p. 608 inque Theocriti Edit. extat, disseruit Welck. in Hipp. p. 6. sqq.

μουσοποιός. Sic Sappho μουσοποιός appellatur ab Herod. II. 135: ἀδελφεοῦ δὲ Σαπφούς τῆς μουσοποιού, et Pindarus, tam a Dione (cf. Jacobs. in Anthol. Palat.), quam ab auctore vitæ Pindari, quem ex Vratisl. Codice Schneiderus vulgavit ante Theriac. editionem: Ἄλλὰ καὶ ἐν Δελφοῖς ὁ προφήτης μέλλον κλείειν τὸν νεὼν (sic Welck. pro vulgato νέον) κηρύσσει καθ' ἡμέραν. Πίνδαρος ὁ μουσοποιός παρίτω. His conferri potest Eurip. Hippol. 1428.

Ἄει δὲ μουσοποιὸς εἰς σὲ παρθένων
ἔσται μέριμνα.

3. De voce κρήνος cf. Wuestem. in Theocr. XX. 19.

χρηστῷ Wuestemannus exhibet.

κᾶν δέλης, ἀπόβριζον, cf. Eustath. in Odys. 9, 151. 12, 7. „Horum verborum sedes cum Henr. Stephano omnino non est immutanda, quem prava scriptio secundi versus fefellit, quo τύμβῳ recte fuit repositum, pro τάφῳ.“ Valck. in Theocr.

Incertus poeta.

Numeros licet revocare ex Schol. Venet. in Iliad ἰ, 539. p. 266, A.37. χλοῖνην οἱ μὲν ἀφριστήν· χλονδεῖν γὰρ τὸ ἀφρίζειν τινὲς Δωριέων ἐλεγον. ἄλλοι δὲ κακοῦργον· καὶ γὰρ τῶν

ἀρχαίων ἱαμβοποιῶν τινὰ φάναϊ ἀνὴρ ὄδ' ἐσπέρης καθεύδοντα ἄπουν ἐδῆσε χλοῦ-
νην. Hermannus tamen in Diss. de Aeschyli Lycurgia p. 9. verbis immutatis sic locum refinxit:

— — — Ἄνδρα ὄδ' ἐσπέρης καθεύδοντα
ἄπ' οὖν ἐδῆσε χλοῦνις.

Charinus.

Charini fragmentum est apud Ptolemæum Hephæstionem VII. p. 338. ed. Gale, unde nostrum locum in suos usus transcripsit Gaisfordus post Hephæst. p. 257: Χαρίνος δὲ ἱαμβογράφος ἠράσθη Ἐρωτος ἡμιάρρενος τοῦ Εὐπάτορος οἰνοχόου καὶ πιστεύσας τῷ περὶ τῆς πέτρας λόγῳ κατέβαλεν ἑαυτόν. Ἐπεὶ δὲ καταβαλὼν τὸ σκέλος κατεάγη καὶ ὑπὸ ὀδύνης ἐτελεύτα, ἀπέρριψε τὰδε τὰ ἱαμβεῖα Ἐρροῖς, cet.

Eros igitur ad Eupatoris cyathum stabat propter pulchritudinem, nam ἔδος ἦν, quae sunt Schol. Vict. II. ε, 234 verba, ὡς Σαπφῶ φησι, νέους εὐγενεῖς εὐπρέπεῖς οἰνοχοεῖν, cf. Neue Sapph. fragm. p. 1. sq. In illum de Leucate promontorio λόγον cf. quem praeter alios excitavit locum Neue Sapph. fragm. p. 4: Ἐχει δὲ ἡ πέτρα τὸ τοῦ λευκάτα Ἀπόλλωνος ἱερόν, καὶ τὸ ἄλμα τὸ τοῦ ἐρωτα. παύειν πεπιστευμένον — Strab. X. p. 452. κατηδάλωσας hoc verbum, quod proprio significato recurrit apud Aristoph. Avv. 1242. 1248. Eurip. Troad. 60, simili modo usurpavit, ut noster, Aristoph. Avv. 1261.

οὔκον ἐτέρωσε πετομένη
καταιδάλωσεις τῶν νεωτέρων τινά;

Parmeno Byzantius.

Parmenonis Byzantii, etsi quinque tantum eius integri versus aetatem tulere, saepius apud auctores mentio est facta. Nam praeter eos quos supra versus posuimus ex Athenæo, idem choliambographi laciniam asservavit v. 203. C: Μόνος γάρ, ὡς ἀληθῶς ὁ Χρυσορῥόας καλούμενος, Νεῖλος μετὰ τροφῶν ἀφθόνων καὶ χρυσὸν ἀκίβδηλον καταφέρει, ἀκινδύνως γεωργούμενον, ὡς πᾶσιν ἐξαρκεῖν ἀνθρώποις, δίκην Τριπτολέμου πεμπόμενον εἰς πᾶσαν γῆν διόπερ αὐτὸν καὶ ὁ Βυζάντιος ποιητῆς Παρμένων ἐπικαλοῦμενος, Αἰγύπτιε Ζεῦ, φησί, Νεῖλε. Quae quidem tria verba scazontis fortasse exordium sunt:

Αἰγύπτιε Ζεῦ, Νεῖλε * * * * *

Ceterum de his cf. Schol. in Pind. Pyth. IV, 97.

Athenæi testimonio accedat Stephanus Byzantius s. v. Βουδινοί, ἔθνος Σκυδικόν, παρὰ τὸ δινεῖν ἐπάνω ἀμαξῶν ὑπὸ βοῶν ἐλκομένων. ἀμαξόβιοι γὰρ οἱ Σκύδαι. Παρμένων ὁ Βυζάντιος ἐν ἱάμβων πρώτῳ. Subinde poetae nomen recurrit apud eundem s. v. Φρικιον, ubi κεῖται δὲ παρὰ Παρμένοντι τῷ Βυζαντίῳ ἐν προτέρῳ ἱάμβῳ omnium codicum consensu debet reponi pro vulgato ἐν πρώτῳ ἱάμβῳ, quod ex parte Holstenio debetur suadenti ἐν προτέρῳ ἱάμβῳ, quamquam Salmasius librorum auctoritatem iam minus recte ita tuebatur: „Forte Parmenon primo versu Φρικωνιάτης posuit.“ Non de primo versu, sed de libro priore Stephani debent verba accipi. Vulgatum retinet Westermannus.

Ultimum in locum vocamus Scholiasten in Nic. Ther. 806: Βέμβιξ δέ ἐστι ζῶον σφηκοειδές (sic Gotting., σκηροειδές Edd.), μέλαν τῆ χροιά, κέντρον χρώμενον ὡς οἱ σφήκες. Μνημονεύει δὲ καὶ Παρμένων (αὐτοῦ Edd. addunt) ἐν τοῖς ἰάμβοις. Cf. Meinek. Curr. Critt. p. 25.

Fragm. I.

Apud Athenæum V. p. 221. A. post Ulpiani verba: Δοκεῖτέ μοι, ἄνδρες δαυτηρόνες, σφοδροῖς κατηντλήσθαι λόγοις παρὰ προσδοκίαν, βεβαπτίσθαι τε τῷ ἀκράτῳ — quattuor illi quos supra posui sequuntur choliambi, quorum in fine est ascriptum: φησὶν ὁ Βυζάντιος Παρμένων. Versus transcripsit Gaisfordus post Hephæst. p. 256.

2. μηδὲ — Sic vulgatam οὐδὲ ante Gaisfordum Scaligerus ad Catalect. p. 268 (sive ad Pedon. Albin. in Mæcen. L. 67.) correxit; ille μηδενός et οὐδενός confusa esse docuit in Mss. Polybii III. 42. κοῦδὲ Meinek. p. 23. Adde R. Hanovii Exerc. Crit. in Com. Gr. p. 95.

2. κόππα] scripturam Codd. B. C. κάππα (Hesychius s. v. Κάππα. τινὲς δὲ τὸ ἐλάχιστον) licet explicare ex iis, quae Buttmanus gramm. ampl. T. I. p. 11 et Interpr. in h. l. disputaverunt. Versu secundo „exprimitur hominis ebrii stupor, qui et rationis et linguae usum amisit. Itaque licet Graece doctus aut Graecus, Scythice i. e. barbare loquitur: licet callens litterarum, nesciet legere, ac ne litteras quidem noscet.“ Casaub.

3. ἀνανδος. κείται γ' ἄν. Hanov. l. l. Nullius est pretii lectio ἀνανλος, quam Hoeschelii habet epitome, licet eam pro venustissima habeat Casaubonus. Recte Villebrunius ἀνανλος (inquit) n'est venu que de la queue du delta rebattue entière sur la ligne, comme je le vois dans le Ms. D., où cependant il y a ἀνανδος de même que dans le Ms. Q. ἐν πίδαφ κολυμβήσας, iocose dicitur qui se mero ingurgitavit, quasi qui ipsi dolio sese immersisset. Schweigh.

4. φάρμακον pro φαρμάκων, quod est in Msstis, ed. Ven. Bas. et Casaub. l., scripsit Casaubonus, ita ut „per appositionem iuncta sint duo nomina“, quae Schweighæuseri post Dalecampium est explicatio. Dubitanter equidem accentu in ultimam translato φαρμακῶν correxerim; nam a scribendi ratione horum auctorum non abhorret μήκωνα φαρμακῶν ita accipere, ut sit μηκῶνιον, quo plerumque φαρμακοὶ solent uti.

Fragm. II.

Fragmentum ascriptum est ab Athenæo III. 75. F. post verba: Παρμένων δ' ὁ Βυζάντιος ἐν τοῖς ἰάμβοις τὰ ἀπὸ Κανῶν τῆς Διολικῆς πόλεως ὡς διάφορα ἐπαινῶν φησιν, ubi δ' ὁ pro vulgato ὁ post Schweighæuserum coniectantem Reisigius ex Cod. Ven. collatione suppeditavit. In Athenæi verbis perperam vulgo Κάνων errore satis explicabili, ut in Parmenonis versu: Καίνεα φόρτον libri mendose exhibent, fortasse propter subsequencia: ὅτι δὲ καὶ τὰ ἀπὸ Κάνων τῆς Καρίας ἐπαινεῖται κοινόν; prius illud mendum Palmerius correxit, Casaubonus alterum. De Κάναι, quod Aeolicum est oppidum, cf. Berkel. in Steph. Byz. s. v., qui adiectivi formam Καναῖος agnoscit.

Herodes.

Luculentissimum de Herode testimonium Plinio debemus, qui Epist. IV. 3. haec Antonino scripsit: „Nam et loquenti tibi illa Homericis senis mella profluere et quae scribis, complere apes floribus et nectare videntur. Ita certe sum adfectus ipse, quum Græca epigrammata tua, quum iam ambos proxime legerem. Quantum ibi humanitatis, venustatis! quam dulcia illa! quam antiqua! quam arguta! quam recta: Callimachum-me vel Herodem vel si quid his melius tenere credebam: quorum tamen neuter utrumque aut absolvit aut attigit.“ Interpretum in hoc Plinii loco errores Fabriciique in Bibl. Græc. Vol. VIII. p. 710. notitiam reiecit Ruhnkenius in Hist. Crit. Orat. Græc. Tom. I. p. 372. ed. Friedem. Nam quem illi Herodem Atticum esse existimaverunt, iambographus est, cuius choliamborum ex mimiambis fragmenta transcripsit Stobaeus LXXIV. 14. fragm. I. LXXVIII. 14. fragm. II. XCVIII. 28. fragm. III. CXVI. 18. fragm. IV. CXVI. 21. fragm. V. CXVI. 22. fragm. VI. CXVI. 24. fragm. VII. Quibus accedit versus ex Athenæi III. p. 86. B. fragm. VIII. et Etymol. M. p. 411. 41. s. v. Ζήτριον. Adde Zenobium VI. 10. Τὰ Ναννάκον, Maximumque Tyr. Tom. II. p. 636. Mendosum illud Ἡρόδοτος apud Etymol. M. Wesselingium Diss. Herod. p. 29. cruciabat aequè ac Scaligerum commovebat, ut Herondam Comicum cogitaret. „Idem Etymologicus locus (Ruhnkenius inquit) induxisse videtur Scaligerum ad Varronem de L. L. VI. p. 98.*), ut iamborum scriptorem Herodotum vocaret. Athenæus III. p. 86. B. Ἡρόνδαν ἐν Συνεργαζομέναις laudat, ubi Is. Casaubonus negat, se alibi Herondam Comicum invenire. Verum non Comicus laudatur, sed ut ex subiecto choliambo apparet, iamborum scriptor Herondas, qui patronymica Doribus propria forma Ἡρόνδας dicitur, quod bene vidit Salmas. Exerc. Plin. p. 111.“ Illam nominum formam illustrarunt Hemsterh. ad Callim fr. p. 590. et Valck. ad Schol. in Eurip. Phœn. p. 764. (coll. in Adon. p. 267).

Herodem Hipponactis aetate vixisse Meinekii fuit opinio, Curr. Critt. p. 48. n. 8. „Fuit autem ille Herodes choliamborum scriptor vixitque nisi mea me fallit conjectura Hipponactis temporibus, a quo perstringi videtur in fragmento apud Schol. Nicand. Ther. 474. p. 44. B. Ald.“ Quae quidem coniectura Hipponactis fragm. LXV. nequit stabiliri, quo loco ὡς ἐρωδιοῦ restitutum est pro mendoso Ἡρόδου. Alexandrinis eum esse annumerandum vel Plinii locus explicit et dimetrorum iambicorum catalecticorum usus, a quo metri genere veteres lyricos se abstinuisse Bergk. in Anac. p. 228. exposuit. Dimetri vero Herodis sunt apud Schol. Nic. Ther. 377: Βατῆρα δὲ τὴν βακτηρίαν κατὰ ἀφαίρεσιν τοῦ ἠ. καὶ Ἡρόδης ἐν ἡμιάμβοις ἐν τῷ περιγραφομένῳ ἔπηφ

Φύγωμεν ἐκ προσώπου,
μὴ σ' ἐμπερῶν ὁ πρέσβυς
οὐλῆ κατ' εὐδὸ κρατὸς
βακτηρίη χαλκίη.

*) In Varronis verba l. VI. p. 98. Bip.: Apud Matium, Corpora Grajorum maerebar mandier igni, annotavit Scaligerus T. II. p. 236. Bip. Est Matius ille, qui et Mimiambos exemplo Herodoti λογομίμον scripsit.—

Schneiderus annotavit p. 193: „Vulgabatur Ὁμοίως καὶ ἐν ἡμιάμβοις ἐν τῷ ὑπογραφομένῳ — μὴ σ' ἐμπεσὼν πρ. In Gottingensi erat: καὶ Ἡρόδης ὁ ἡμιάμβος — μὴ σ' ἐκπερῶν. Lorrianus: καὶ Ἡρόδης ἐν ἡμιάμβοις ἐν τῷ περιγρ. — φεύγωμεν — ἐμπερῶν (vel ἐκπερῶν) — καλύψω. Suspicor fuisse ἐπιγραφομένῳ. Toupius Emend. in Suid. 3. p. 303 ita Fragmentum a Barnesio temere in Anacreontica relatum ad vers. 1120. corrigebat:

Φεύγωμεν ἐκ προσώπου
μὴ σ' ἐμπεσὼν ὁ πρέσβυς
οὐλῆ κατ' εὐδὸν κρατὸς
βατηρίῃ χαλέψῃ.

Equidem κολάψῃ suspicatus sum scribendum esse.“ Bergkiius l. l.: ἐμπεσὼν — οὐλῆ — σκολύψῃ scripsit; κρατὸς tertii versus omisit.

Fragm. I.

Fragmentum ex Stobæo LXXIV. 14, ubi Ἡρόδου μιμιάμβων inscribitur, Gaisfordus post Hephæst. p. 256. transtulit.

Fragm. II.

Versus servavit Stobæus LXXVIII, 14. sub inscriptione Ἡρόδου μιμιάμβων, ex quo eos transcripsit Gaisfordus post Hephæst. p. 257.

1. Ad ludum spectant Herodis choliambi, de quo exposuit Poll. IX. 123: ἡ δὲ χαλκῆ μνία, ταῖα τῷ ὀφθαλμῷ περισφίξαντες ἐνὸς παιδὸς ὁ μὲν περιστρέφεται κηρύττων χαλκῆν μνίαν θηράσῳ οἱ δ' ἀποκρινάμενοι θηράσεις, ἀλλ' οὐ λήψει, σκάντεσι βιβλίνοις παίουσιν αὐτόν, εἰς τινὸς αὐτῶν λήφεται. — Pro χαλκαίην Iungermann. in Poll. p. 1196. Dind. χαλκῆν scripsit, quod e Cod. A. Gaisfordus dedit. — μνίαν Cod. A. μνίην cum reliqq. Iungermann. χύττην Gesnerus, Iungermanno dissentiente, qui, patet enim, inquit, Herodem τῶν Ἰαζόντων fuisse.“ De ludo cf. Poll. IX. 113.: ἡ δὲ χυτρίνδα, ὁ μὲν ἐν μέσῳ κάθηται καὶ καλεῖται χύττρα οἱ δὲ τίλλουσιν ἢ περικινίζουσιν ἢ καὶ παίουσιν αὐτόν περιδέοντες. ὁ δὲ ἐπ' αὐτοῦ περιστρεφόμενον ληφθεὶς ἀντ' αὐτοῦ κάθηται. Aliam deinde huius ludi speciem persequitur.

2. ἡ τῆσι μηλολόωνδῃσ' ἄμιατ' ἐξ. Iungermannii est suspicio pro vulgata ἐν ταῖσι μηλολόωνδῃσ. Grotius coniecturam: ἡ μηλολόωνδῃσ ποσσὶν Gaisfordo comprobata vel ipse postea reiecit. In Codd. A. B. ἐν τ. μηλόωνδασιν. De ludo Pollux IX. 124: ἡ δὲ μηλολόωνδῃ ζῶον πτηνόν ἐστίν, ἣν καὶ μηλολόωνδην καλοῦσιν ἥτοι ἐκ τῆς ἀνδήσεως τῶν μῆλων ἢ σὺν τῇ ἀνδήσει γιγνώμενον. οὗ ζῶον λίνον ἐκδήσαντες ἀφιάσιν, τὸ δὲ ἐλικοειδῶς ἐν τῇ πτήσει τὸ λίνον διελίσσεται. Inde Socrates apud Aristoph. Avv. 762. sq.

ἀλλ' ἀποχόλα τὴν φροντίδ' ἐς τὸν ἀέρα
λινόδετον ὥσπερ μηλολόωνδην τοῦ ποδός.

Praeter locos supra laudatos cf. Eustathii explicationem p. 1329. 26, qua nominis forma μηλολόωνδῃ stabilitur. Cf. Hesych. s. v.

3. κωσκαίου Arsen. κωσκίου Gaisf. Γέρων quid sit docet, Poll. IX. 73: τὸ δὲ ἐργαλεῖον, καδ' οὗ ἐλωδον ἐξαρτῶντες τὰ στυπτεία, γέρων ἐκαλεῖτο ἦν δὲ ἐκ ξύλου πεποιημένον κίονιον, χεῖρας Ἑρμοῦ τετραγώνον ἔχον, ᾧ γέροντος ἐπὶν πρόσωπον, ἀφ' οὗ καὶ τὸ ὄνομα.

λωβᾶται.] λωβῆσαι Arsen. λωβῆται vulg. De toto loco cf. Martinus in Varr. Lectt. IV. 2.

Fragm. III.

Vide Stobæum XCVIII. 28, ubi pro Ἡρόδον μιμιάμβων aequè perverse Ἡρόδα μ. Cod. A. atque Ἡροδότου ἡμιάμβων Tr. Gaisfordus fragmentum post Hephaestionem habet p. 257.

3. τούτων.] οὗτος Gesnerus, Gaisfordo assentiente, scripsit; si coniectura opus esset, equidem τούτων scriberem; sed vel hac carere possumus, nam verba sunt coniungenda sic: ὅς δ' ἔχει μείον τι τούτων. —

Fragm. IV.

Sub titulo Ἡρόδον μιμιάμβων Stobæus CXVII. 18. hos excitavit versus, quibus Gaisfordus post Hephaest. usus est p. 257.

1. δέ δρᾶνω μνός A. δ' ἄδρανέω γυρός ὦν Gesn. ἀδρᾶνω γυιός ὦν Salmasius Grotio astipulante. ἀδρανέω γυιός ὦς Valck. Sed omnes hi interpretes, quod verbum MSS'tis stabilitum δρᾶναι (de quo cf. Interpr. in II. X. 96.), illo ἀδρανέω vel ἀδραίνω oblitterarunt, iniuste fecerunt. Nam loci sensus est: Equidem libenter aliquid egerim, quamvis membra sim fractus senectute. Altera illa explicandi versus ratio speciosior quam verior.

2. κῆν σκίῃ παραστήκη A. κῆν σκίῃ B. κείς σκίῃ περας τῆκει Salmasii est coniectura satis audacter a Gaisfordo post Grotium in verborum contextum recepta. καὶ σκίῃ παραστήκη Valckenarius correxit; nobis Codicum scripturam retinere curae fuit non obscuriorem illorum coniecturis; de verbi illius haud usitata apud bonae notae auctores forma cf. Buttm. gramm. uber. Tom. II. p. 21. Annot.

Fragm. V.

Stobæus CXVII. 22. versus Ἡρόδον ἐκ Μολπεινοῦ esse testatur, sicuti reperiuntur inscripti in Cod. A. Versus transcripsit Gaisfordus post Hephaest. p. 257. Ἡροδότου Trinc. 1. ἐπὶ 3. ὀπέκεινα Porsoni est emendatio pro ὁ ἔπερ κείνω ad Eurip. Hec. 1090. edit. tert., qui integros nostri versus dignos habuit qui ascribantur „propter singularem elegantiam.“ Illam equidem quum vulgata tam propter metri rationes quam sensum sit nihilo peior, recipere dubitavi.

Fragm. VI.

1. Deest lemma Trinc. ζωῆς Pors. l. l. recte pro ζωῆς. ἀκμῆ pro ἀνγῆ Gesnerus. Hunc versus Grotio aliisque astipulantibus cum fragmento praegresso coniunxit Salmasius, cuius est emendatio: ἤδη γὰρ αὐτῆ τῆς ζωῆς ἀπήμβλυτο, quae quidem plus uno vitio laborat. — ὄρη ἀπήμβλυνται est in Hom. epig. XII. 4.

Fragm. VII.

Stobæus CXVI. 24. versus hunc secundique pedem primum reservavit sub inscriptione: Ἡρόδον μιμιάμβων. Deest locus Trinc. Usus est hoc versu Gaisfordus post Hephaest. p. 257.

Fragm. VIII.

Atheno III. p. B. 13: Καλεῖται δ' ὁ ἀναρίτης καὶ ἀνάρτας. κογχῶδες (κοχλιῶδες Schweigh. cum Hesych.) δὲ ὄν τὸ ὄστρεον προσέχεται ταῖς πέτραις, ὥσπερ αἱ λεπάδες. Ἡρώνας ἐν Συνεργαζομέναις.

Προσφύς ὅπως τις χοιράδων ἀναρίτης.

Vocabulo ἀναρίτης praeter Herodem Ibycus est usus teste Athenæo I. I. Reperitur quoque adiectivum ἀναριτρόφος (anaritas alens), sive νηριτοτρόφος, sicut ἀναρίτης et νηρίτης formae existunt. ὅπως Cod. C. In rem cf. Aristoph. Vesp. 105:

ὥσπερ λεπὰς προσεχόμενος τῷ κίονι.

Fragm. IX.

Etymolog. M. 411. 41. Ζήτριον διὰ τοῦ ἰ συνεσταλμένον καὶ παρὰ Ἡροδότου (Herodem dicit)

Ἄγ' αὐτὸν εἰς τὸ ζήτριον — — —

ἔστι δὲ χωλιαβικὸν τὸ μέτρον.

Fragm. X.

Zenob. VI. 10. Τὰ Ναυνάκον] Εἰρηται ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν θανατοζομένων ἐν παλαιότητι ἢ ἐπὶ τῶν πολλὰ θρηνοῦντων. Νάννακος γὰρ ἐγένετο Φρυγῶν βασιλεὺς, ὃς φησὶν Ἑρμογένης ἐν τοῖς Φρυγίοις πρὸ τῶν Δευκαλίωνος νόμων (χρόνων), ὃς προειδὼς τὸν μέλλοντα κλισμὸν, συναγαγὼν πάντας εἰς τὰ ἱερὰ μετὰ δακρῶν ἰκέτευεν. Ἡρόδης δὲ ὁ λαμβοποιὸς φησὶν

ἵνα τὰ Ναυνάκον κλαύσω.

Idem tradidit Suidas omisso Herodis versu s. v. Νάννακος. At hunc in margine habet articulum Cod. A. Gaisf. Repetita est narratio s. v. Τὰ Ναυνάκον κλαύσομαι.

Extat eiusdem fortasse commemoratio apud Athenæum I. p. 19. C: Ἡρόδοτος (sed eandem nominis depravationem habet Cod. Tr. fragm. III. Etymol. M. fragm. IX.) δὲ ὁ λογόμιμος, ὃς φησὶν Ἡρήσανδρος, καὶ Ἀρχέλαος ὁ ὀρχηστὴς παρὰ Ἀντιόχῳ τῷ βασιλεῖ μάλιστα ἐτιμῶντο τῶν φίλων. Quem in locum Casauboni iuvat transcribere observationem: Herodotus ὁ λογόμιμος videtur esse is, qui in Stobaei libris Herodes dicitur, auctor mimiamborum; de quo etiam accipiunt doctissimi viri versus istos Terentiani Mauri, de scazonte Hipponacteo loquentis s. s 2416. sqq.

Hoc mimiambos Mattius dedit metro;
nam vatem eundem est Attico thymo tinctum
pari lepore consecutus et metro.

Videtur, inquam, ita esse: nihil tamen ausim affirmare. Nam apud Stobæum constanter variis locis Herodes ille ἡμιάμβων, non autem μιμιάμβων auctor dicitur: [quam tamen a vero doctrinam aberrare singulorum nostrae collectionis fragmentorum recensu te docebit] emendationem vero eruditissimorum hominum, μιμιάμβων pro ἡμιάμβων rescribentium suspectam facit, quod non Herodis solum ἡμιάμβωνος laudant veteres, sed etiam aliorum poetarum: ut Cercidae Stobæus idem Tit. LVI. 10. Promathidae Athenæus VII. 296. B. Sed cf. quae non magno fructu contra Casaubonum disputavit Schweighæuserus I. I. Audacter tamen in Herodem nostrum Athenæi supra excitatum testimonium Scaligerus transfert in Varr. Vol. II. p. 118. Bip.

